

**Pierangelo Buongiorno (Università di Macerata)**  
[p1.buongiorno@unimc.it](mailto:p1.buongiorno@unimc.it)

### ***Processo formulare e legislazione imperiale***

Per oltre tre secoli e mezzo, dall'approvazione della *lex Iulia* del 17 a.C. sino all'emanazione della nota costituzione di Costanzo II e Costante del 342 d.C. (C. 2.57.1), le *iuris formulae* disciplinarono il processo civile. Eppur tuttavia, ed è cosa ben nota, l'attività normativa imperiale finì per corrodere il processo formulare così come era stato disegnato dall'intervento augusto, non soltanto ampliando gli spazi di amministrazione della giustizia *extra ordinem*, ma anche intervenendo sugli aspetti procedurali, spesso con modifiche di portata sostanziale (si pensi alla progressiva costruzione di una competenza civile d'appello anche per le sentenze dell'*ordo*). Momenti salienti di questo processo furono per esempio il coacervo di interventi di età antonina, e fra questi prevalentemente l'*oratio Marci*, oltre che successive costituzioni, tanto di epoca severiana quanto diocleziana. La relazione si propone dunque di percorrere i punti essenziali di questo percorso verso la definitiva consunzione del processo formulare.

### **Ragguaglio bibliografico**

*Sulle costituzioni imperiali:*

- R. Orestano, *Il potere normativo degli imperatori e le costituzioni imperiali*, Roma 1937.
- G. Gualandi, *Legislazione imperiale e giurisprudenza*, I-II, Milano 1963.
- E. Volterra, *Il problema del testo delle costituzioni imperiali*, Firenze 1971.
- T. Spagnuolo Vigorita, V. Marotta, *La legislazione imperiale. Forme e orientamenti*, in A. Momigliano (dir.), *Storia di Roma*, II.3, Torino 1992, 85-152.

*Sul processo civile dopo il riesame augusto:*

- M. Talamanca, *Il riordinamento augusto del processo privato*, in F. Milazzo (a c. di), *Ordinamenti giudiziari di Roma imperiale. 'Princeps' e procedure dalle leggi Giulie ad Adriano*. Atti del convegno internazionale di diritto romano [Copanello, 5-8 giugno 1996], Napoli 1999

*Sulle intersezioni fra processo civile e attività normativa imperiale:*

- R. Orestano, *L'appello civile in diritto romano*, Torino 1953<sup>2</sup>.
- N. Palazzolo, *Potere imperiale ed organi giurisdizionali nel II secolo d.C. L'efficacia processuale dei rescritti imperiali da Adriano ai Severi*, Milano 1974.
- N. Palazzolo, *Processo civile e politica giudiziaria nel principato*, Torino 1991<sup>2</sup>.
- F. Arcaria, *Senatus censuit. Attività giudiziaria ed attività normativa del Senato in età imperiale*, Milano 1992.
- M. Kaser / K. Hackl, *Das römische Zivilprozessrecht*, München 1996<sup>2</sup>, part. 151-432.
- F. Arcaria, *Oratio Marci. Giurisdizione e processo nella normazione di Marco Aurelio*, Torino 2003, part. 17-57, 159-190, 281-288.

**Fonti (prima selezione; altre fonti saranno distribuite e discusse in occasione della lezione)**

*Inst. 2.23.1*

Postea primus divus Augustus semel iterumque gratia personarum motus, vel quia per ipsius salutem rogatus quis diceretur, aut ob insignem quorundam perfidiam iussit consulibus auctoritatem suam interponere. Quod quia iustum videbatur et populare erat, paulatim conversum est in adsiduam iurisdictionem: tantusque favor eorum factus est, ut paulatim etiam praetor proprius crearetur, qui fideicommissis ius diceret, quem fideicommissarium appellabant.

*Suet. Aug. 33*

Appellationes quotannis urbanorum quidem litigatorum praetori delegabat urbano, at provincialium consularibus viris, quos singulos cuiusque provinciae negotiis praeposueriset.

FIRA I<sup>2</sup> 68, linn. 62-71[febr./mart. 6 a.Chr.n.]:

Αύτοκράτωρ Καῖσαρ Σεβαστὸς ἀρχιε/ρεὺς δημαρχικῆς ἔξουσίας τὸ ἐπτακαιδέκατον λέγει. Αἵτινες / ἀμφισβητήσις ἀνὰ μέσον Ἑλλήνων ἔσονται κατὰ τὴν Κυρηναικήν ἐπαρχήν, / <sup>65</sup> ὑπεξειρημένων τῶν ὑποδίκων κεφαλῆς ὑπὲρ ὃν ὃς ἀν τὴν ἐπαρχήν διακατέχῃ / αὐτὸς διαγεινώσκειν κ[αι] ιστάναι ἡ συνβούλιον κριτῶν παρέχειν ὀφεῖλει, / ὑπὲρ δὲ τῶν λοιπῶν πραγμάτων πάντων Ἑλληνας κριτὰς δίδοσθαι ἀρέσκει, εἰ μή τις / ἀπαιτούμενος ἡ ὁ εὐθυνόμενος πολείτας Ῥωμαίων κριτὰς ἔχειν βούληται· ὃν δ' ἀν ἀ/νὰ μέσον ἐκ τοῦ ἐμοῦ ἐπικρίματος Ἑλληνς κριταὶ δοθήσονται, κριτὴν δίδοσθαι / <sup>70</sup> οὐκ ἀρέσκει ἐ ἐκείνης τῆς πόλεως οὐδὲ ἔνα, ἐξ ἣς ἀν ὁ διώκων ἡ ὁ εὐθύνων ἔσται ἡ ἐκεῖ/νος ὁ {π} ἀπαιτούμενος ἡ ὁ εὐθυνόμενος.

Suet. *Claud.* 23.1

Rerum actum divisum antea in hibernos aestivosque menses coniunxit.

Suet. *Galb.* 14.3

Iudicibus ... concessum a Claudio beneficium, ne hieme initioque anni ad iudicandum evocarentur ...

*BGU* 611 (ed. BUONGIORNO)

col. I

|<sup>1</sup> [ . . . ] gr]ave videtur [q]uinque decuriis iniungi. |<sup>2</sup> [Illu]d certe faciēt ut caveatis, ne quis |<sup>3</sup> [qui est qu]attuor et vi[gi]nti annorum recipitor |<sup>4</sup> [detur:] neque enim [i]nicum est ut putom hos |<sup>5</sup> [caussas] ἵ[er]vitutis [li]bertatisque iūdicare, |<sup>6</sup> [qui ad] ῥes suas agē[n]das legis Laetoriae |<sup>7</sup> [utantur au]xilio. |<sup>8</sup> [ . . . ] p]uto, p(atres) c(onscripti), saepe quidem et alias sed hoc |<sup>9</sup> [maxime] tēmpore ani[m]aadvertisse 'me' mirificas |<sup>10</sup> [agentiu]m artes qui, [s]ubscripto iudicio cum |<sup>11</sup> [ . . . ]cūm iudicem |<sup>12</sup> [ . . . ]et nec |<sup>13</sup> [ . . . ]s inter |<sup>14</sup> [ . . . ]stet |<sup>15</sup> [ . . . ]. on profi |<sup>16</sup> [ . . . ]. cite |<sup>17</sup> [ . . . ]giunt |<sup>18</sup> [ . . . ]orem est |<sup>19</sup> [ . . . ]antur |<sup>20</sup> [ . . . ]ae |<sup>21</sup> [ . . . ]ore ne

col. II

|<sup>1</sup> tenuisse caussam petitori expediāt.

|<sup>2</sup> Hae ne [[inter]]'pro'cedant artes male agentibus, si |<sup>3</sup> vobis videtur, p(atres) c(onscripti), decernamus ut etiam |<sup>4</sup> prolati rebus iis iudicibus necessitas iudicandi |<sup>5</sup> imponatur, qui intra rerum agendarum dięs |<sup>6</sup> incohata iudicia non peregerint. Nec |<sup>7</sup> defuturas ignoro fraudes monstrose agentibus |<sup>8</sup> multas, adversus quas excogitavimus, sp[e]rō, |<sup>9</sup> remedia. Interim hanc praeclusisse |<sup>10</sup> nimium volgatam omnibus malas lites |<sup>11</sup> habentibus satis est. Nam quidem accu-|<sup>12</sup>-satorum regnum ferre nullo modo possum, |<sup>13</sup> qui, 'cum' apud curiosum consilium inimicos suos |<sup>14</sup> reos fecerunt, relincunt eos in albo pendentes |<sup>15</sup> et ipsi tanquam nihil egerint peregrinantur, |<sup>16</sup> cum rerum magis natura quam leges tam |<sup>17</sup> accus {t} atorēt quam reum [co]pulatum constr[ic-] |<sup>18</sup>-tumque habeat. Adiuvaṇt quidem hoc |<sup>19</sup> [inicu]m pro[po]sītum accusa[t]orum et reorum |<sup>20</sup> del[i]ctiae, q[u]o mīnus invidio[s]um sit eorum |<sup>21</sup> tale factum qui iam sq[ua]lorem sumere |<sup>22</sup> barbamque et capillum [su]mmittere,

col. III

|<sup>1</sup> sua caussa quo magis mīserab[i]lis v[ideatur] |<sup>2</sup> fastidiunt sed yiđe[ant ipsi quid haec] şibi a [natura] |<sup>3</sup> data instrumenta mīse[rati]onis prosint.] |<sup>4</sup> Accūsato[r]ibus quide[m] nos ita adi[m]amus] |<sup>5</sup> ha[nc] regni impote[n]tiam, ut potestatem] |<sup>6</sup> faciam[u]s praetori p[ra]eteritiş inquisition[is] |<sup>7</sup> di[e]bus çi[ç]tandi acc[usato]res,] et si neq[ue a-] |<sup>8</sup>-der[unt] neque excusa[buntur pron]untiet ç[alumniae] |<sup>9</sup> çauşşa negotium r[eis fe]çisse videri [eos.]

|<sup>10</sup> Haec, p(atres) c(onscripti), si vobis placeṇt statim signif[icate] |<sup>11</sup> simpl[i]çiter et ex anim[i] vestri] sententi[a: sin] |<sup>12</sup> displicent aliam reper[i]te · sed · hic in[tra] |<sup>13</sup> templum remedia au[t si a]d cogitandum |<sup>14</sup> v[ol]tis s[um]ere tem[p]us [fortass]e laxsius, [sumite] |<sup>15</sup> dum q[uo]d[u]mque loci [vocati] fueritis [propriam] |<sup>16</sup> mem[iner]itis vobis di[cendam] esse sen[tentiam.] |<sup>17</sup> Mini[me] enim deç[o]r[um] e[s]t, p(atres) c(onscripti) ma[iestati] |<sup>18</sup> huius [o]r[di]nis hic unu[m ta]ntummo[do] |<sup>19</sup> consule[m] designatum [de]scriptam [ex] |<sup>20</sup> relatio[n]e consulum a[d ver]bum dicere |<sup>21</sup> senten[tia]m ceteros unu[m] verbum dic[ere:] |<sup>22</sup> "adsen[t]ior", deinde c[um e]xierint "dix[imus]."]

Suet. Nero 17

Adversus falsarios tunc primum repertum, ne tabulae nisi pertusae ac ter lino per foramina traecto obsignarentur; cautum ut testamentis primae duae cerae testatorum modo nomine inscripto vacuae signaturis ostenderentur, ac ne qui alieni testamenti scriptor legatum sibi ascriberet; item ut litigatores pro patrociniis certam iustumque mercedem, pro subsellis nullam omnino darent praebente aerario gratuita; utque rerum actu ab aerario causae ad Forum ac reciperatores transferrentur et ut omnes appellationes a iudicibus ad senatum fierent.

Tac. Ann. 14.28

Auxitque patrum honorem statuendo ut, qui a privatis iudicibus ad senatum provocavissent, eiusdem pecuniae periculum facerent, cuius si qui imperatorem appellare[nt]; nam antea vacuum id solutumque poena fuerat.

*Principali interventi di Marco Aurelio:*

Ulp. 24 *ad ed.* D. 25.4.1; Ulp. 31 *ad Sab.* D. 23.3.9.3; Inst. 4.6.30; C. 3.31.1 (a. 170 d.C.); Tryph. 13 *disp.* D. 27.10.16 pr.; Pap. 10 *resp.* D. 2.14.8.

Ulp. 4 *de omn. trib.* D. 2.12.

Ne quis messium vindemiarumque tempore adversarium cogat ad iudicium venire, oratione divi Marci exprimitur, quia occupati circa rem rusticam in forum conpellendi non sunt. 1. Sed si praetor aut per ignorantiam vel socordiam evocare eos perseveraverit hique sponte venerint: si quidem sententiam dixerit praesentibus illis et sponte litigantibus, sententia valebit, tametsi non recte fecerit qui eos evocaverit: sin vero, cum abesse perseveraverint, sententiam protulerit etiam absentibus illis, consequens erit dicere sententiam nullius esse momenti (neque enim praetoris factum iuri derogare oportet): et citra appellationem igitur sententia infirmabitur. 2. Sed excipiuntur certae causae, ex quibus cogi poterimus et per id temporis, cum messes vindemiaeque sunt, ad praetorem venire: scilicet si res tempore peritura sit, hoc est si dilatio actionem sit peremptura. sane quotiens res urguet, cogendi quidem sumus ad praetorem venire, verum ad hoc tantum cogi aequum est ut lis contestetur, et ita ipsis verbis orationis exprimitur: denique alterutro recusante post item contestatam litigare dilationem oratio concessit.

Ulp. 5 *ad ed.* D. 2.12.2

Eadem oratione divus Marcus in senatu recitata effecit de aliis speciebus praetorem adiri etiam diebus feriaticis: ut puta ut tutores aut curatores dentur: ut offici admoneantur cessantes: excusationes allegentur: alimenta constituantur: aetates probentur: ventris nomine in possessionem mittatur, vel rei servandae causa, vel legatorum fideiive commissorum, vel damni infecti: item de testamentis exhibendis: ut curator detur bonorum eius, cui an heres exstaturus sit incertum est: aut de alendis liberis parentibus patronis: aut de adeunda suspecta hereditate: aut ut aspectu atrox iniuria aestimetur: vel fideicommissaria libertas praestanda.

Ulp. 1 *de off. cons.* D. 2.12.7

Oratione quidem divi Marci amplius quam semel non esse dandam instrumentorum dilationem expressum est: sed utilitatis litigantium gratia causa cognita et iterum dilatio tam ex eadem quam ex alia provincia secundum moderamen locorum impertiri solet, et maxime si aliquid inopinatum emergat. illud videndum, si defunctus acceperit aliquam dilationem propter instrumenta, an successori quoque eius dari debeat, an vero, quia iam data est, amplius dari non possit? et magis est, ut et hic causa cognita dari debeat.

*Ulp. 27 ad ed., D. 42.1.56*

Post rem iudicatam vel iureiurando decisam vel confessionem in iure factam nihil quaeritur post orationem divi marci, quia in iure confessi pro iudicatis habentur.

*Ulp. 5 de omn. trib., D. 42.2.6.2*

Sed et si fundum vindicem meum esse tuque confessus sis, perinde habeberis, atque si dominii mei fundum esse pronuntiatum esset. et si alia quacumque actione civili vel honoraria vel interdicto exhibitorio vel restitutorio vel prohibitorio dum quis convenitur, confiteatur, dici potest in his omnibus subsequi praetorem voluntatem orationis divi Marci debere et omne omnino, quod quis confessus est, pro iudicato habere. dabitur igitur ex his actionibus, ex quibus dies datur ad restituendam rem, confessus tempus ad restitutionem et, si non restituatur, lis aestimabitur.

### C. 3.3.2

Diocl./Maxim. AA. et CC. dicunt:

Placet nobis praesides de his causis, in quibus, quod ipsi non possent cognoscere, antehac pedaneos iudices dabant, notionis suae examen adhibere, ita tamen ut, si vel per occupationes publicas vel propter causarum multitudinem omnia huiusmodi negotia non potuerint cognoscere, iudices dandi habeant potestatem. 1. (quod non ita accipi convenit, ut etiam in his causis, in quibus solebant ex officio suo cognoscere, dandi iudices licentia permissa credatur: quod usque adeo in praesidum cognitione retinendum est, ut eorum iudicia non deminuta videantur): dum tamen de ingenuitate, super qua poterant et ante cognoscere, et de libertinitate praesides ipsi diiudicent.

<a. 294 D. XV k. Aug. CC. consss.>

### C. 2.57.1

Constantius/Constans AA. Marcellino praesidi Phoenice.

Iuris formulae aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus radicitus amputentur.

<a. 342 D. x k. Feb. Constantio III et Constante ii AA. consss.>